Augsburg, um 1476

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tatem. sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. P. Com. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dnm in aula scta eius. Gracias tibi refe Compl. mus dne sacro munere negotii tui. Ma. iam de pcatis. ut dignos nos eius participa cōpficias. P. Fia xij.

Res. Os ad Corinth. Enim patet ad vos o Corinthi cor nrm dilatatum. Nō angustiamini in vobis. angustiamini autem in visceribus vris. Eandem autem hnte remunerationem tanquam filiis dico. Dilatamini et vos. et volite ingrm ducere cum infidelib;. Que enim pticipatio iustitie cum iniquitate. Aut q societas luci ad tenebras. Que autem conuenio xpi ad belial. Aut q ps fideli cum infideli. Qui autem cōsensus templo dei cum ydolis. Vos enim estis templum dei viui in xpo ihu dno nro. S. Math.

Simile est. D. d. i. d. suis. Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset. tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui pnsta multas dixerunt ei. Dne. nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Vnde ergo habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus et colligimus ea. Et ait. Non; ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite ut q; crescere usq; ad messem: et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meum. Fia vj. ad Corinthios.

Res. Nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt. Nolite errare: neq; fornicarii. neq; ydolis seruientes. neq; masculorum concubitores. neq; fures. neq; auari. neq; ebriosi. neq; maledici. neq; rapaces regnum dei possidebunt. Et hec quidem fuistis sed abluti estis. sed sanctificati estis. sed iustificati estis in nomine dni ihu xpi et in spu dei nri. Sim Math.

neq adulteri neq molles

Simile. D. d. i. d. suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminib;. cum autem creuerit maius est omnibus oleribus